



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christianæ. Institvtionis Formula

Sonnius, Franciscus

Sylvædvcs, 1570

De sacrificijs nouae legis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30409

De Sacrificijs nouæ Legis. 2

MAGISTER.

LEx omnis semper habuit suum sacerdotium, suumq; sacrificiū, quod igitur est sacrificiū legi Euangelicæ peculiare? DISCIPVLVS.

Eximiū illud atq; tremēdū sacrificiū altaris, quod Missam appellamus, in quo offertur Deo verum corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi, in odore suauitatis pro uiuis & defūctis. MAGISTER.

Et quot precor partibus absoluitur hoc sacrificium?

DISCIPVLVS.

Potissimū tribus. Nēpe cōsecratione, qua trās substantiā tur panis quidem in corpus, vinū verò aqua mixtū in sanguinē Domini. Oblatione, qua reuera ipsum verum corpus &

DE VAR. ORAT.
pus & verus sanguis Domini
mysticè sub speciebus panis
& vini offeruntur Deo, in com-
memorationem eius oblatio-
nis quam ipsemet fecit in ara
crucis. Et communione sum-
ptione, qua vtrunq; à cele-
brante sumitur, velut mysti-
cus cibus animæ.

MAGISTER.
Quare dixisti potissimum?

DISCIPVLVS.
Quia Missa etiam compre-
hēdit in se tanquam suas par-
tes, orationes, gratiarū actio-
nes, lectionem insuper Episto-
læ, siue Prophetiæ ac Euan-
gelij, denique & confessionem,
quam certè omnibus premit-
tere oportet, quo sanctè san-
ctissimum ac tremendum illud
mysterium peragatur.

MAGISTER.
Cur

Cur autem Missa, appellatur
eiusmodi sacrificium?

DISCIPVLVS.

Vocē hanc, Missa, habemus
ab Hebræis mutuatam, qua
patres nostri significare volu-
erunt altaris mysteriū, quod
Græci λειτουργία vocant.

MAGISTER.

Nullum ne aliud sacrificium
habemus in noua lege præter
iam dictum?

DISCIPVLVS.

Etiā nunc suum vsum ha-
bent sacrificium cordis cōtri-
ti, sacrificiū laudis, & sacrifi-
ciū Eucharisticū siue gratiarū
actionū. Sed hæc sunt cōmunia
sacrificia omni legi, & omni
populo credēti, omniq; loco
ac tempore peragi possunt, il-
lud autem Missæ sacrificiū pe-
culiare est Euangelio, datum

G. Eccle-

DE SACRAMENTIS.

Ecclesie ad recõciliandũ po-
pulum Christianum Deo, nec
peragitur nisi in loco sacro.

MAGISTER.

Vbi datum Ecclesie?

DISCIPVLVS.

In Cœna nouissima. Luc. 22.
vbi Christus sacerdotiũ institu-
tuit, ad q̄ propriè pertinet hu-
ius sacrificij ministerium.

MAGISTER.

De quo mox dicemus inter
Sacramenta.

TRACTATVS

Quartus de Sacramentis
Ecclesie.

MAGISTER.

DE Sacramentis Ecclesie,
quid habet vetus & ortho-
doxa Patrum traditio?

DISCIPVLVS.

Quòd sint septẽ numero, vide-
licet, Baptismus, Cõfirmatio,
Eucharistia, Penitentia, Extre